UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Theologico-Moralis De Sacris Ecclesiasticorum Ministeriis, Hoc est, De Horis Canonicis, & Missæ Sacrificio

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, Anno 1695.

Caput II. De materia Hostiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42206

Visual Library

cenſebitur duo, ſed unum ſuſcipere Sacramentum eſt comm. DD. Vid. *S. Thom. q. 73. & alios.*

CAPUT II.

De materia Hoſtiæ.

Materia hoſtiæ eſt ſolus panis triticeus.

Materia Hoſtiæ certò apta conſecrari eſt ſolus panis ex farina triticea, & aqua naturali mixtus, in furno, aut alio ſimili modo per ignem excoctus. Vid. *Decret. Eugenii IV. S. Thom.* &c. Neque hic ſcrupuloſè turbaberis ſciens paucula grana hordei, aut alterius frumenti cum maxima quantitate tritici eſſe commolita, ex qua triticea farina adeò modicè mixta deindè conficiantur Hoſtiæ. Quia ut loquitur *D. Thomas art. 3. in corp.* ad uſum Sacramentorum aſſumitur talis materia, quæ communius apud homines in talem uſum venit, communiſſimè autem veſcuntur homines pane piſto ex farina triticea non prorſus ſincera. Accedit, quod humanam ferè induſtriam effugiat, quin unum, alterumve alterius ſpeciei granum triticeæ farinæ miſcea-

Quid ſi tritico paucula grana hordei, aut alterius frumenti commixta.

miſceatur. Idem eſt ſi quis pulviſculus, aut aliud quid nullius momenti Hoſtiæ aut vino immixtum videatur: Hæc enim per humanam induſtriam caveri vix poſſunt, & pani & vino uſuali communiſſimè miſcentur. Cæterum panis conſecrandus ex præcepto Eccleſiæ debet eſſe figuræ orbicularis, de magnitudine autem hoſtiæ non eſt ullum præceptum, aut conſuetudo obligans ſub præcepto; Undè non eſt illicitum adhibere hoſtiam minorem, qualis datur Laicis, quando pro Sacrificio alia haberi non poteſt, dummodo ſcandalum abſit, idque non tantum in Sacro privato, ſed etiam ſi cauſa urgeat in publico. Vid. *Tamb. lib. 2. cap 8. §. 7.* Cave autem quando majorem à te conſecratam Hoſtiam repoſiturus es in hierotheca; Cave inquam, ne Hoſtiam ab alio, aut in alia Miſſa conſecratam ſumas loco tuæ, quia debes communicare de tuo Sacrificio.

Aut pulviſculus aliquis, aut aliud nullius momenti, hoſtiæ aut vino videatur immixtum.

An panis conſecratus debeat eſſe figuræ orbicularis.

Quid dicēdum de magnitudine hoſtiæ.

An hoſtia minor, qualis datur laicis, pro Sacrificio adhiberi poſſit.

Materia Calicis certò apta eſt ſolum vinum de vite, & quidem omne ſive album ſive rubrum, cōvenientius tamen propter munditiem, ſi fieri poteſt, utere albo, cùm

Materia Calicis eſt ſolum vinum de vite, ſive albū, ſive rubrū.

Certiùs ſemper utêris albo.

cùm ex rubro purificatoria facilè ſordeſcere incipiant : Vid. *Supra cit Decretum Eug. & DD comm.*

Utrum vino neceſſariò admiſcenda ſit una aut altera gutta aquæ.

Vino ex præcepto graviter obligante admiſcenda eſt una, alterave gutta aquæ ; idque non domi, ſed in ipſo Sacro. Vid. *S Thom. q. 74. art.* 8

Quid ſi plures guttæ præter intẽtionem miſcerentur.

Quòd ſi plures guttæ præter intentionem miſcerentur nihil id oberit , modò aqua affuſa non excedat tertiam partẽ vini, alioqui fiet materia dubia. Rectè tamen inquit , *Gav. p* 2. *cit.* 7 quanto paucior eſt aqua , tanto potior, præſertim ſi vinum valdè tenue ſit, in quo periculum eſſe poteſt . ne tertia pars aquæ affuſæ prævaleat ſubſtantiæ vini, ejuſque accidentibus, adeoque de eo, quod eſt in Calice, potiùs dici debeat aquam eſſe, quam vinum. Vid. *Tamb. lib* 2. *c.* 4. §. 7.

Aut ſi hæc aquæ mixtio omiſſa foret.

Hæc aquæ mixtio ſi omiſſa fuerit , idque notetur ante conſecrationem Calicis, adhuc facienda eſt, ſecus ſi poſt. Vid. *Gob. tract.* 3. *caſ.* 3. *ſect.* 2. Utrum autem hæc aqua vino immixta tranſeat in Sanguinem Chriſti , de hoc diſputent Scholaſtici.

Quantum vini ordinariè adhiberi debeat.

Obſervandum quoque eſt circa materiam Calicis rectiùs & decentiùs parùm vini,

etſi

etſi ſit generoſum & ſapidum (neque enim in tanto Myſterio delectatio guſtus quærenda eſt) quam multum affundere, tum ut faciliùs poſt ſumptas ſpecies debito modo purificetur Calix, tum etiam ut caveatur periculum, ne ſacer Sanguis defluat in barbam aut patenam, quod faciliùs fieri poteſt, ſi major vini copia fuerit affuſa. Porrò Sacerdos, qui, ad habendam aliquam ſenſualem in ſpeciebus voluptatem, plus vini affunderet ſaltem venialiter peccaret. Vid. *Gob. l. c.*

CAPUT III.

De forma Euchariſtiæ.

FOrma, quâ panis conſecratur eſt hæc: *Hoc eſt enim Corpus meum*, cujus ſingulæ partes præter particulam enim, ſunt eſſentiales. Forma, quâ vinum conſecratur eſt ſequens: *Hic eſt enim Calix Sanguinis mei, novi & æterni Teſtamenti, Myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* In qua forma certum eſt verba:

Aſſignatur utraq; forma.

Item partes utriuſque eſſentiales.